*tini Caballini: Nicephori: Leonis Armenii: Theophili: Basilii, Leonis & Alexandri: Constantini Porphyrogeniti: Romani Senioris: Nicephori Phocæ: Basilii Porphyrogeniti: Romani Argyri: Zoæ: Michaëlis: Isaaci Comneni: Michaëlis: Nicephori Botaniatæ: Alexii Comneni: Manuelis Comneni: Alexii Comneni II. Isaacii Angeli: Johannis Ducæ.*

## CAPUT III.

*Græcæ Imperatorum Constitutiones ante Justiniani tempora editæ, seu e Latino in Græcum translatæ, & ab Justiniano in suum Codicem relatæ.*

JUstinianei Codicis Libros XII., uti Latine sunt editi, ita in Græcam linguam olim conversos fuisse, & usque ad seculum saltem tertiumdecimum apud Græcos extitisse, suo loco postea demonstrabitur. Quum igitur totus fere Codex, præter paucas ejusdem Justiniani novellas, ex priorum Imperatorum Constitutionibus ab Hadriano usque ad Justinum seniorem conflatus sit, juverit singulorum nomina, quorum constitutiones libris XII. Codicis insertæ sunt, recensere.

Ab Adriano ad Constantinum. 1. Adriani Imperatoris. 2. Antonini Pii. 3. Divorum Fratrum, sive, M. Antonini & Veri. 4. M. Ælii Antonini solius. 5. Ælii Pertinacis. 6. Severi, & Antonini Caracallæ. 7. Antonini Caracallæ solius. 8. Antonini Helagabali. 9. Alexandri. 10. Maximini. 11. Gordiani. 12. Philippi. 13. Decii. 14. Galli, & Volusiani. 15. Valeriani, & Gallieni. 16. Gallieni, & Valeriani junioris. 17. Gallieni solius. 18. Claudii. 19. Aureliani. 20. Probi. 21. Cari, Carini, & Numeriani. 22. Carini, & Numeriani. 23. Diocletiani. 24. Diocletiani, & Maximiani Herculii. 25. Constantii, & Maximiani Galerii.

A Constantino Magno ad Justinianum. 1. Constanti-

in